GRAMMATICAE EXPLICATIŌNES LATĪNAE
DE PRONOMINE INTERROGATĪVŌ EIVSQVE VSV

capitulum III

Jose Antonio Rojas Carrera
iarcius@hotmail.com

DE PRONOMINE-ADIECTĪVŌ INRERROGATĪVŌ
Capit. I et II

	numerō singularī			numerō pluralī		
	Masc.	Fem.	Neut.	Masc.	Fem.	Neut.
nominatīvus	**quis** **(qui…)**[1]	**quae**	**quid** **(quod…)**[2]	**quī**	**quae**	**quae**
accusatīvus	quem	quam	quid	quōs	quās	quae
genitīvus	**cuius**	**cuius**	**cuius**	**quōrum**	**quārum**	**quōrum**
datīvus	cui	cui	cui	quībus	quībus	quībus
ablatīvus	quō	quā	quō	quībus	quībus	quībus

usus:

- **quis** est? – Iulius est.
- **quis** est Iulius? – Iulius vir Romānus est.
- **qui**[1] vir est pater Marcī? – pater Marcī est Iulius.

- **quī** sunt? - Davus et Medus sunt. – **quī** sunt Davus Medusque? – duo servī sunt.

- **quī** sunt? 

- sunt līberī Iuliī et Aemiliae. – **quī**? - Marcus, Quintus Iuliaque.

- **quis** est? – Aemilia est. – **quae** est Aemilia? – Aemilia femina Romāna est.

- **quae** femina est mater Marcī? – mater Marcī est Aemilia.

- **quae** sunt? – Syra et Delia sunt. – **quae** sunt Syra et Delia? – Syra Deliaque sunt ancillae Aemiliae.

GRAMMATICAE EXPLICATIŌNES LATĪNAE
DE PRONOMINE INTERROGATĪVŌ EIVSQVE VSV

capitulum III

- **quis** est? – Marcus est. – **quis** est Marcus? - Marcus puer Romānus est.

- **quis** est? – Iulia est. – **quae** est Iulia? - Iulia puella Romāna est.

- **quid** est? – oppidum est.– **quid** est Tusculum? – Tusculum oppidum est.
- **quod**[2] oppidum est? – Tusculum est!

- **quae** sunt?

- ostium et fenestra sunt!

- **cuius** domini servus est Medus? – Medus servus Iuliī est. – **cuius** est servus? – Iuliī.

- **quōrum** servōrum dominus est Iulius? – Iulius est dominus Medi et Davi. – **quōrum**? – Medi et Davi!

- **cuius** dominae ancilla est Syra? – Syra ancilla Aemiliae est. – **cuius** est ancilla? – Aemiliae.

- **quārum** ancillārum domina est Aemilia? – Aemilia domina est Syrae Deliaeque – **quārum**? – Syrae et Deliae!

GRAMMATICAE EXPLICATIŌNES LATĪNAE
DE PRONOMINE INTERROGATĪVŌ EIVSQVE VSV

capitulum III

- **cuius** imperii provincia est Gallia? – Gallia imperii Romānī provincia est. – **cuius** est provincia? – Romāni imperiī.



Nota bene: **in cubiculis ubi numerus 5 est servī dormiunt**.

- **quōrum** cubiculōrum numerus est magnus? - magnus est numerus cubiculōrum ubi servī dormiunt.

- **quōrum**? cubiculōrum ubi dormiunt servī.